UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Capvt XXXVI. Epistola Ioannis episcopi Antiochiae ad Cyrillum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

ANNO CHRISTI 431.

CAPVT XXXVI.

Epiſtola Ioannis epiſcopi Antiochiæ ad Cyrillum.

Domino meo religioſiſſimo, ſanctiſſimoque comminiſtro Cyrillo, Ioannes in Domino Sal.

NON mediocriter me cruciat, poſteaquam ſanctitas tua Epheſi præſto eſſe cœpit, paucos hoſce dies me abfuiſſe. Etenim ſanctitatis tuæ deſiderium magis quam res ipſa, vt iter hoc quam citiſſime abſoluere cupiam, me ſtimulat. Tandem ergo poſt multas exantlatas itineris moleſtias, ſanctitatis tuæ precibus adiutus, præ foribus ſum. Nam triginta totos dies (tot enim ſpatii intercapedo poſtulat) iter vſque facio, nihil quidquam quietis prorſus mihi indulgens: multis interim religioſiſſimis epiſcopis ob itineris difficultatem grauiter afflictis; neque paucis quoque iumentis ob continuum profectionis laborem extinctis. Tu igitur, domine, Deũ preceris obſecro, vt hoſce quinq; aut ſex itineris dies ſine moleſtia percurrere, ſacrumq; ac ſanctum tuum caput cum gaudio nobis cõplecti & exoſculari liceat. Dominus meus Ioannes, Paulus, Macarius, Deo cariſſimi epiſcopi ſanctitatem tuam ſalutant. Ego quoque cum meis domeſticis, vniuerſam quæ tecum eſt, fraternitatem plurimum ſaluto. Incolumis vale, & pro nobis orare perge, domine piiſſime ac ſanctiſſime.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λϛʹ.

Ἐπιστολὴ Ἰωάννου Ἀντιοχείας πρὸς Κύριλλον.

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Ἰωάννης ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΥΔΕ ἐμὲ μετρίως δάκνει τὸ ὅλως τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος εἰς Ἔφεσον παραγενομένης, τὰς μικρὰς ταύτας ὑστερῆσαι ἡμέρας. τῆς γὰρ χρείας ὁ περὶ τὴν σὴν ἁγιωσύνην πόθος πλέον μοι ἔγκειται συντόνως τὴν ὁδὸν ἐξανύσαι. εἰμὶ γοῦν ἐπὶ θύραις λοιπὸν, τῆς σῆς ἁγιότητος εὐχαῖς, πολὺν ὑποστὰς τὸν τῆς ὁδοιπορίας πόνον. ἡμέρας γὰρ ἔχω τριάκοντα· τοσοῦτος γὰρ ὁ κύκλος τῆς ὁδοῦ ἔχει· ὁδεύων, οὐδαμῶς οὐδόλως ἐνδιδοὺς ἑαυτῷ· ἐνίων τῶν κυρίων τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀνωμαλίᾳ κατὰ τὴν ὁδὸν χρησαμένων, ζώων δὲ πολλῶν πεπτωκότων ἀπὸ τῆς συντόνου ὁδοιπορίας. εὔχου οὖν δέσποτα καὶ ταύτας τὰς πέντε ἢ ἓξ* μονὰς καὶ ἀλύπως ἡμᾶς ὁδεῦσαι, καὶ ἀλύπως περιπτύξασθαι τὴν ἱερὰν ἡμῖν καὶ ὁσίαν κεφαλήν. οἱ περὶ τὸν κύριόν μου τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην, Παῦλον, Μακάριον, προσφθέγγονταί σου τὴν ὁσιότητα· καὶ πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πλεῖστα προσαγορεύομεν. ἐρρωμένος, ὑπερευχόμενος ἡμῶν διατελοίης δέσποτα θεοφιλέστατε καὶ ὁσιώτατε.